



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

19 Reservata sunt beneficia vacantia per obitum collectorum, &  
subcollectorum fructuum camerae Apostolicae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Nunciorum, ac in terris Romanæ Ecclesiæ Rectorum, & thesaurariorum, per Sédem Apostolicam deputatotum, seu missorum,

12. Quartò beneficia † quorumcunq; personarum, pro quibusunque negotiis ad Rom. Curiam accendentium, vel recentientium ab eadem, si in locis à dicta Curia ultra duas legales Dietas non distantibus obierint.

13. Quinto, beneficia † quorumcunque curialium peregrinationis, infirmatis, aut recreationis, seu alia quacunque causa ad quævis loca recentientium, silli ante quam ad curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem curia non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non existat) deceferint.

14. Sexto omnia monasteria † dignitates, officia, & beneficia cujuscunque qualitatis existant, secularia, & regularia, per promotionem ad cathedrales, & aseccutionem pacificam † aliorum beneficiorum auctoritate Apostolica collatorum vacantia, & vacatura. d. c. ad regimen. in extravag. com. glo. in ver. Prothonotarios. in S. Romana, de cau. in prag. sanctio. & Clemens Papa VIII. Reg. Canc. i. quæ ab omnibus Pontificibus in principio Pontificatus renovatur, ut trad. Cassad. edic. 3. in fin. de conf.

15. Septimò dignitates, † & beneficia citrata, ac residentiam personalem requirentia, cum plura incompatibilia ab uno detinentur, uno tantum pro beneficiato excepto. cap. execrabilis. in extravag. com. eod. tit.

16. Octavò dignitates majores † post Pontificales, in cathedralibus, Patriarchalibus, & Metropolitanis, & principa-

les in collegiatis valorem decem florinorum auri communi aestimatione excedentes & si dictum valorem decem ducatorum auri communi aestimatione non excedunt, sub reservatione hujusmodi generali non cadunt, Prioratus quoque Praeposituræ aliæque dignitates conventuales, & quæcunque Praeceptoriaræ generales militiarum, etiam sunt exceptæ, ac quæcunque beneficia † familiarium Papæ, & qui si etiam, dum Cardinalatus officio, & honore fungebatur, familiæ existebant, ac familiarium quorumcunq; S. R. E. Cardinalium, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium cotundem, vel alias recesserint.

17. Nonò beneficia † quorumcunque collectorum, & subcollectorum fructuum, & proventuum, cameræ Apostolicæ debitorum, curialium, dum curia transferitur, ac cubiculitorum & cursorum, quæ reservatio ab omnibus Pontificibus fieri solet, ut ir reg. cancel. ejusdem Papæ Clem. VIII. reg. 3. 4. 5. & 6.

Decimò † omnia beneficia ecclesiærum S. Joannis Lateranen. S. Petri, Beatae Mariæ Majoris de Urbe, nee non ad collationem, provisionem, & presentationem, S. R. E. Cardinalium à Romana curia absentium, ratione suorum Episcopatum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, & diaconiarum spectantia, quandiu eorum absentia durat, ut in eisd. reg. Clemens VIII. reg. 7. dummodo non habeant indultum conferendi, sed reguliter † S. R. E. Cardinales obtinent à Papa indultum, absentia eorum non obstante, omnia beneficia ad eorum collationem ratione ecclesiærum, & beneficiorum suorum spectantia quomodo